



EROTE=

MATA MUSI-  
CES PRÆACTICÆ, CONTI-  
nentia præcipuas eius artis

præceptiones, in grati-  
am & usum studiosæ

Iuventutis diligenter  
collecta,


ab

AMBROSIO VVILPH-  
ling sedero, Brunouienſe.

NORIBERGÆ

Excudebat Christophorus Heußler,

M. D. LXIII.





יהוה מֵהַמַּיִם

Psalm: 118. Dominus est mihi pro adiutorio meo.



Psalm: 118. 'Αγαθόν προσβήναι ἰσθὶ χύριον, ἢ προσβήναι ἐν ἀνθρώποις.

Ambrosius *V* *V*ilphlingsfeder.



CLARISSI-

MO ET ORNATISSI-

MO VIRO, VIRTUTE, NOBI-

litate & Doctrina præstanti, D. Georgio

Chanlero, Legum Doctore,

Domino & Patrono

suo obseruandis-

simo,

S,

**M**USICAM, quæ, vt Cicero ait libro 1. de  
Oratore, versatur in numeris, vocibus  
& modis, omnium ferè studiorum ar-  
tem antiquissimam & nobilissimam, ac pro-  
pter excellentem suam, diuinam & occultam  
quandam vim in formandis hominum mori-  
bus, mouendis sensibus, regendisq; & excitan-  
dis affectibus, apud veteres magno semper in  
honore precioq; fuisse, testimonio sunt Vates  
ac Poetæ, cum sacri, tum prophani clarissimi.  
Et quanquam alij alios harmoniæ Musicæ in-  
uentores prodant: tamen Sacræ literæ, Genes.  
4. testantur, Virum Hebræum Tubal, Lame-  
chi filium, qui multis ætatibus, & ante diluui-  
um, præcelsit omnes illos, quibus inuentio

A 2

huius



huius artis à Græcis attribuitur, repertorem  
Musicae esse, eumq; teste Eusebio 1. lib. Anti-  
quitatum, Musicam studiosè coluisse, & Psal-  
terio, Citharaq; cecinisse. Et hanc postea qua-  
si per manus traditam reliquos Hebræos ab  
ipso accepisse, diligentius excoluisse, & ad po-  
steros transmisisse. Ut ita dubij nihil relinqua-  
tur, quin sit ars vetustissima, & propter ipsam  
temporis durationem, Deumq; primum fon-  
tem, præstantissima. Non enim putandum est,  
solis naturæ viribus, industria, sagacitate, vi &  
acumine humani ingenij hanc vocû dissimiliû  
harmoniam, concinnitatem, seu concordiam  
vel inuentam, vel extructam esse: Sed DEVS  
ipse, sicut cæterarum artium omnium, ita hu-  
ius quoq; de qua nunc oratio instituitur, in  
mentibus hominum semina iecit, ac in quibus-  
dam peculiare animi motus ad Musicen, il-  
lumq; sensum, & dijudicationem sonorum,  
excitavit. Sicut ingenuè apud Græcum va-  
tem Musicus quidam fatetur, sibi artem ca-  
nendi à Deo tributam.

*Θεὸς δὲ μοι ἐν φρεσίν διμας παντοίας ἐνέφυσεν.*

Cur autem DEVS humanam naturam  
hoc quoq; munere donarit, cur illum sensum  
Musices indiderit, quemq; voluerit esse finem  
ac vsum Musices præcipuum, monstrant ora-  
cula



2  
cula Diuina verius, quàm nostri sæculi lasciuia, & abusus. Nunc enim hominibus impurissimis, qui omnes modestiæ terminos transgredi solent, nihil omnino placet, quàm quòd libidini ipsorum insatiabili, lasciuia & illicitis voluptatibus inseruit. Vnde factum est, vt Musica, tanquam effœminatrix virorum, quæ ad deludendos ac fallendos homines sit inuenta, quæ uic libidinis fomitem suggerat, à multis spreta & neglecta fuerit.

Quid autem noui diuinæ huic arti accedere putas, cum reliquis etiam scientijs, & rebus omnibus ad salutem & conseruationem vitæ diuinitus concessis & datis, flagitiosè abutantur homines? Nos verò mentem & oculos ab Ethnicis & lasciuis istis spectaculis, quæ à Propheta, Esai: 5. & Amos 6. sub comminatione iræ diuinæ, ac tristissimarum calamitatum acerrime reprehenduntur, recamus, ac omisis ijs, quæ à disciplina Christiana, & uocatione nostra sunt aliena, altius introspicimus, & perpendamus consilium ac voluntatem Dei.

Præcipua verò causa inuoluta est, & comprehenditur in illa Dauidis magni vatis exhortatione, qua totam rerum vniuersita-



tem, & quicquid vita & Spiritu fruitur, hortatur ad canendas laudes Dei, Psalm: 150.

*Cantate Domino canticum novum,  
laus eius in Ecclesia Sanctorum.*

*Lætetur Israël in eo, qui fecit eum,  
& filia Sion exultent in Rege suo.*

*Laudent nomen eius in Choro, in  
Tympano & Psalterio psallant ei.*

*Quia beneplacitum est Domino  
in populo suo, & exaltabit mansuetos in  
salutem.*

### IT E M.

*Laudate Dominum in sono tubæ,  
laudate eum in Psalterio & Cythara.*

*Laudate eum in Tympano &  
Choro, laudate eum Chordis & Or-  
gano.*

*Laudate eum in Cymbalis beneso-  
nantibus, laudate eum Cymbalis iubilæ-  
tionis.*

*Omnia*



*Omnis spiritus laudet Dominum,  
Halleluia.*

Vult enim Deus ab Angelis & hominibus, in primis verò ab Ecclesia sua agnosci, inuocari, & celebrari veris & æternis laudibus. Vult conspici & audiri Filium. Vult sonare vocem Euangelij, de suo Filio Mediatore, & æternis eiusdem beneficijs in publicis congressibus, quibuscunq; modis ac rationibus pijs ac licitis fieri potest, vt isto Exemplo iuuentus, & rudiores inuitentur ad gratiarum actionem, & paulatim pectora ipsorum accendantur ad amorem & reuerentiam Ministerij publici, & ad inuocationem veri DEI. Sicut disertè inquit Paulus ad Ephesios, Capite 5. Impleamini Spiritu, loquentes vobismetipsis per Psalmos & Hymnos, & Cantilenas spirituales, canentes & psallentes in corde vestro Domino, gratias agentes semper de omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri. Hoc sine David diuino Carmine cecinit mysteria Dei. Idem nos facere iubet Diuus Paulus, ad Coloss. 3. Verbum Christi habet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes & commonefacientes vosmetipsos, in Psalmis & Hymnis, & Canticis spiritualibus,



in gratia, canentes in cordibus vestris Domi-  
no. Sic in veteri Testamento, 2 Reg: 6. Sancti  
Patres, David ac totus populus Israëliticus,  
non verbis tantum, aut carminibus, ad eam  
rem compositis, Omnipotentiam, Veritatem,  
Iusticiam, Bonitatem & Misericordiam, pu-  
blica & priuata beneficia Dei eximia, huic po-  
pulo exhibita, mirandas liberationes, Regni  
& Ecclesiæ conseruationem, celebrarunt: Sed  
diuersis etiam instrumentis, Cytharis, Nablis,  
Tympanis, Tibijs, Cymbalis, & alijs sonis  
Musicalibus, eadem laudes Dei confecerunt. Est  
igitur Musica donum Dei, quo exornata est  
natura humana, vt doctrinam de DEO, eius-  
que beneficijs carminibus compræhensam, la-  
tius propaget, & diutius conseruet.

Deinde, quia quod caret alterna requie,  
durabile non est, Et labor semper aliqua in-  
diget relaxatione, DEVS aliquas in natura  
ordinauit honestas voluptates, quibus vires  
debilitatæ reficerentur ac repararentur, ea-  
rumq; defatigatio consolaretur. De hoc  
vsu loquitur Ecclesiast: 41. Musica & vinum  
lætificant cor. Quid, quod etiam sarcinaria  
iumenta Cantu & Musica vel tintinabulis ad  
colla suspensis simul labore leuantur? Vt ita  
etiam



etiam ad tolerandos humanæ vitæ labores plu-  
rimum valeat.

Quantum verò neruorum & virium  
habeat in excitandis affectibus, nemo est, qui  
non in seipso experiatur, Nec est, vt huius rei  
causas procul petamus. Sic condita est natura à  
summo opifice, vt certos vocum gradus, me-  
tas, interualla sentiat, suauiter afficiatur con-  
cinnis vocibus, offendatur contrarijs. Soni  
asperis & concitati, ad concitandos animos  
cum primis valent, Sicut testatur Historia Re-  
gis Alexandri Magni, quem certi Cantus ac-  
cendebant, vt arderet pugnandi cupiditate.  
Quam vim in generosis quoq; Equis cerni-  
mus, qui in bello tubarum clangore arrecti-  
stare loco nesciunt, ac iamiam in certamen  
ruere ardent. Soni autem molles, parui, con-  
cinni, ad mouendam commiserationem apti  
sunt. Sed molles, celeres & compositi, alacri-  
tatem inducunt. Sunt etiam qui ad moderati-  
onem, temperantiam & grauitatem morum  
appositi iudicantur, quales graues, tardi, mix-  
tiq; ex asperis & mediocribus habentur. Et est  
profecto res admiratione dignissima: Sonos &  
vocum Harmoniam tantum posse in tempe-  
randis affectibus, Vnde & disciplinæ vicem

A S præstat



præstat. Quia Cantu & suauitate earminum  
in animos hominū illabatur ac penetrat, eosq;  
permulcet, & ab inhumanitate ad man-  
suetudinem traducit: Sicuti fertur Pythago-  
ram mutatis modulis iuuenem furentem co-  
hibuisse. A Tarpandro item & Ismenia The-  
bano, multos indecoris moribus immanes,  
concentu & Musicis numeris ad humanita-  
tem reuocatos esse.

Voluit etiam **DEVS** per Musicam,  
quasi per medicationem certam & efficacem  
consulere hominum vitæ, ne vel mœrore, vel  
ira, aut alijs vehementioribus affectibus ex-  
tinguerentur. Hos enim omnes vel tolli, vel  
saltem leniri Musica, Exemplum & Historia  
Saulis, 1. Reg: 16, manifestè conuincit, Cuius  
mœstitiam, & insaniam dulcior Cytharæ mo-  
dus discutiebat. Sic Homerus Achillē quoq;  
vbi opprobrio affectus fuisset ab Agamemno-  
ne, Cythara dolorem suum lenisse ostendit.

Cū igitur tanta sit dignitas & vtilitas  
Musice, grati tantū Dei donum agnoscamus,  
veneremur, ac vsum eius studiosè tueamur.

Huius autem artis præcepta quædam  
priuatim, curæ atq; fidei meæ commissis disci-  
pulis methodica quadam ratione tradidi, vt  
essent



5  
essent Manuductio, & quasi statua Mercurialis, monstrans qua sit incedendum via in tota hac arte. Licet enim multę sint bonę & præstantes nature, in quibus impetus quidam, καὶ φυσικὴ δὲ ἰνναξίς ad canendum est: tamen nisi commonefiant, & recte instituantur, facile deerrabunt. Vt autem præcepta ipsa facilius intelligerentur, & altius memorię infingerentur, declarationis & maioris perspicuitatis causa, aliquot exempla regulis subieci, quorum numerus causa fuit, cur iusto maior excreuerit libellus.

Quid & quantum verò præstiterim hoc meo labore, Iudicium Musicis, ac doctis viris permitto, quorum censuram libenter subeo, semperq; maximi feci, Indoctorum autem, & obtrectatorum iudicia, quę vel nulla, vel peruersa sunt, fortiter contemno, neq; pluris facio, quàm morsum pulicis Elephantis Indicus. Hoc autem de me ipso affirmare verè possum, quod hac publicatione nullā eruditionis famam captarim, vel auro argentoque inhaurerim, sed omnes ingenij vires huc intenderim, & in id certè operam dederim, vt iuuentuti hac in parte prodesse possem, cui Musicam non ad suaues vocum concentus modo faciendos,  
aut



aut ad tolerandos deuorandosq; studiorum labores vtilem & iucundam, verum etiam ad perfectam omnium reliquarum artium cognitionem, & integram illam *κυκλοπαίδεια* summe necessariam esse iudico. Præclare enim Cicero refert, Græcos summam eruditionem, in neruorum & vocum cantibus sitam esse, censuisse. Idemq; Tusculanarum primo asserit, Themistoclem, quod in Epulis recusasset Lyram, habitum esse indocticrem. Imò aliud nihil vult Adagium hoc Græcorum: *Indoctos à Musis & Gratijs abesse*: quàm quòd ignari Musices, habiti sint parum exculti doctrina. Ac spero Iuuentutem hanc meam voluntatem, & hosce meos conatus probaturam. In primis illa in parte, vbi verum vsum signorum Musicorum quàm facilimum ipsis reddere, ac cum in plano tū certis rotulis, ad illum ipsum vsum effictis, quasi ob oculos ponere conatus sum. Est enim vsus Signorum in hac arte vt varius, ita maximè necessarius, quem qui ignorat, aut contemnit (vt sunt multi) erubescere certè, nec Cantoris nomen sibi arrogare debet, Quod tamen citra vellicationem cuiusque dico.

Tuo autem potissimum nomini clarissime  
me



me Dominus Doctor, has meas lucubrationes  
dedicare volui, partim vt essent quaecunq;  
testimonium meæ erga te obseruantia & gra-  
titudinis pro tua in me beneuolentia, quam  
non obscuris notis sæpius collegi: partim verò  
vt Tuam Excellentiam hortarer, vt sicuti ha-  
tenuis totum Mularum Chorum puro amo-  
re complexus es, ita eundem quoq; in poste-  
rum tuo fauore prosequaris. Reuerenter itaq;  
oro, vt Musicum hunc libellum, tuo nomini  
inscriptum, placido, hilariq; vultu accipias,  
tuoq; iudicio approbes, & voluntatem, decla-  
randi meam erga te obseruantiam boni con-  
sulas. Bene ac foeliciter vale Vir clarissime.  
Noribergæ, Anno à Christo nato 1563. 3.  
Non. Maij, quo die Iesus Christus Dei &  
Mariæ virginis filius, deuictis hosti-  
bus Ecclesiæ, ad cœlos ascen-  
dit, ante annos

1529.

**T** Excellentia

Deditissimus

Ambrosius VVilphlingo  
federus, Brunoui-  
ensis.

**IN**



# IN ARTEM

MUSICAM CAR-

men Elegiacum.

**E**SSSE Deum certo diuina oracula  
monstrant,

Cunctarū rerū qui moderamē habet.

Præcipiūtq; pia præconia mēte referrē

Illustre ut nomen fiat in orbe suum.

Sunt tamen in reliquis passim quoq; se-  
minarebus,

Tectius in qbus hoc significatur idē.

Grata etenim fama est omneis dispersa  
per artes.

Præbent artificis quæ documēta Dei

Hæ tacitē ostendunt, quod sit, sit qualis

et ipse,

Quodq; idē a nobis facta p̄bāda uelit.

Nouit homo, dictante quod et ratione

fatetur,

Tollendū summis laudibus esse Deū.



Incipiat laudem pectus, uox deinde se-  
quatur.

Hinc Chordæ, Cytharæ, Tympana,  
Sistra, Tubæ.

Principio Deus ostendit modulamina  
uocum,

Factori suus ut carmine detur honos.

Utq; propagetur uerbū coeleste, uelitq;

Constet ut à nobis, qua ratione coli

Quinetiã sanctis inseruit Musica factis,

Quæ canit ad certos enumerata mo-  
dos.

Hæc quoq; magnorū Regū canit acta,

Ducumq;

Vulgi res gestas nec perijsse sinit.

Aerumnas mollit, pellit de pectore cu-  
ras,

Et uirtute mouet corda profana sua.

Nec saltem iuuat, & delectat pectora

Cantus,

(ni.

Sed tibi fert iuueni comoda, fertq; se-



Hoc studium utilitas semper comitatur  
opima,

Estque minor longe comoditate labor.  
Ferrens est igitur, similis censendus et ille  
Nodosus lignis, quæ ratione carent.  
Si quis non capitur docti dulcedine cantus,  
Intus nec mentem carmine sentit agi.  
Indolis indicium clare, generosaque mens  
est,

Si quæ ritè sonos emodulare studet.  
Hanc igitur discas artem dilecta iuuentus,  
Nec te poeniteat dulce laboris onus.  
Sisque Deo gratus, nec non reuerenter  
amato,

Ostendunt rectam qui tibi in arte viam.  
Ambrosijque pia complectere mente la-  
bores,

Auguror hos studium posse iuuare  
tuum.

M. M. H.



# LIBER PRI<sup>I</sup>

## MVS ARTIS

### Canendi.

#### Quid est Musica?

Est recte ac artificiose Cantandi scientia.

#### Quotplex est Musica?

Duplex: Theorica, quæ circa rerum Musicarum contemperationem versatur.

Practica, quæ circa sonorum ac consonantiarum executionem consistit.

#### Quomodo diuidit̃ Musica Practica?

In Instrumentalem & vocalem.

#### Quid est Musica Instrumentalis?

Quæ ad Instrumenta spectat & concentum perficit aut.

{	Flatu, ut Tibijs, Sistris, &c.
	Pulsu, ut Cymbalis, Tympanis.
	Manu, hoc est, Instrumentis quæ clauium articulatione gubernantur, ut Cithara, Testudine, &c.

B

Quid



## 2 Quid est Musica Vocalis?

Quæ humana uoce efficit melos hæc pariformiter est duplex: Vsuualis, quæ caret principijs quibus Regi deberet, qualis est vulgij. Regulata, quæ certis regulis cantum producit, & hæc à Musicis gemina traditur Choralis & Figuralis.

## Quid est Musica Choralis?

Quæ in suis notis æquam seruat mensuram, absque incremento & decremento prolationis.

## Quot accidunt Musicæ Choralis?

Musica Choralis una cum Figurali habet Octo accidentia, videlicet, Scalam, Claues, Voces, Mutationem, Solmisationem, Transpositionem, Interualla & Tonos.



Caput



5

# CAPVT PRIMVM DESCALA.

## Quid est Scala?

Est constitutio linearum ac spaciolorum, recte ac æqualiter productorum, quibus omnis generis cantionum Notulas inscriptas cernimus.



## Quis est Vfus Linearum ac Spaciolorū?


Vt per ipsorum distantiam ascensus & descensus Notularum ( quæ Vocis ducendæ signa sunt ) rectius ac expeditius depræhendantur.

## SEQVITVR SCALA.

in Rotæ circumferentia.

B 2 Canon





# CANON.

In superiore & primo circuli spacio inuenies Clauēs, Scalæ, in sequentibus uero sex circulorum spacijs cuiuslibet clauis uoces, In duobus autem minoris rotæ spacijs quinque Clauēs signatas, & quatuor finales.



5

# Scala Musicae in Plano,

Signate	Claues	Claues vigin- tinti.		Dura: fa-	hemolis fa	Figa fa
		ee	la			fa
-D-		dd-	la-sol			--
		cc	sol fa	fa		
		bb-	fa mi	---	fa	--
		aa	la mi re			fa
-G-		gg-	sol re ut	---		
		ff	fa nt	fa	fa	
		-e-	la mi-	---	---	fa
		d	la sol re			
-C-		-c-	Affinales- sol fa ut-	-fa	---	--
		b	quatuor fa mi		fa	
		-a-	la mi re	---	---	fa
		G	sol re ut			
-F-		F-	Finales- fa ut-	fa-	fa-	--
		E	quat: la mi			fa
		D-	sol re	---	---	--
		C	fa ut	fa		
		B-	mi-	---	fa-	--
		A	re			fa
-F-	-F-	-F-	ut-	---	---	
				fa	fa	

Haec distantia posita per quintam tollitur F, G.



6  
Quare Γ Græca Litera in pede clauium locatur ?

Hoc fit ob Græcorum reuerentiã á quibus Musica ad Latinos defluxit.

In quibus Clauibus canitur fa ?

In tribus clauibus, scilicet in. } b si cantus fuerit b mollis.  
c si fuerit ♯ duralis.  
f siue mollis siue durus fuerit.

CAPV T SECVNDVM  
de Clauibus .

Claues quid sunt ?

Claues dicuntur hæ septem literæ, a, b, c, d, e, f, g, quæ in Scala triplici ordine singilatim singulis linearum ac spatiorum initijs, additæ uocis humanæ intensiones ac remissiones determinant.

Vnde dicuntur Claves ?

A clauib<sup>9</sup> ferreis metaphora sumpta, quod ut illæ seras, ita hæ cantum aperiant.

Quomodo



7

## Quomodo diuiduntur Clauēs ?

In signandas & non signandas, Item in Graues, Acutas & superacutas.

## Quæ dicuntur signandæ siue Characteristicae ?

Quibus utimur in principio ad notionem & refectionem cantus ut, F, F, C, G, D: quãuis nostris temporibus usitatissimarum clauium signandarum tantum tres sunt, scilicet, F, C, G, & hæc sufficiunt ad quascunq; uoces referendas.

## Quot sunt Clauēs minus signandæ ?

Duæ, b rotundum & □ quadratum, cantus naturam repræsentantes: Cæteræ omnes præter prædictas non signandæ dicuntur.

## Quæ dicuntur Graues ?

Infimæ octo, Γ, A, B, C, D, E, F, G. Ideo graues dictæ, quia cantiones per eas deductæ, uoce demissa ac crassa cantari solent.

## Quæ dicuntur mediæ seu acutæ ?

Quæ sunt minusculæ illæ ac simplices literæ septem, a, b, c, d, e, f, g, Mediarum nomē

B 4 habent




habent, quod uocem mediam inter, demissam  
 grauem, & intensam acutam exigant.

### Quæ dicuntur superacutæ?

Quinq; illæ geminatæ supremæ, aa, bb, cc,  
 dd, ee, Intensissimã, enim & acutissimam uo-  
 cem ædunt, qualis ferme Impubertatis est

### CANON.

Quoties aliqua cantio harum fines infra  
 supraue excesserit, sumantur claues aut uoces  
 inferioris superiorisue octauæ ac classis.



Quæ



9

# QVÆ SVNT FIGVRÆ

## Clauium signandarum?

Diuerſæ pro Varietate cantuum.

In Chora  
li cantu  
ſimplici-  
ter præ-  
ſcribuntur  
Ita



In Men-  
ſurali ue-  
ro hoc  
modo.



G, utrobique idem est, ſed plerumque minusculum.

## Caput Tertium de Vocibus.

### Voces quid ſunt?

Voces Muſicorum ſunt Notularum no-  
menclatura.


B 5 Quod



## 30 Quot sunt Voces Musicorum?

Sex: Vt re, mi, fa sol, la, & hæ suffi-  
ciunt ad quemcunq; cantum solmifandum ac  
modulandum.

### Quomodo diuiduntur?



### NOTA.


Quæ Grammaticis dicuntur literæ Musi-  
corû Clauces sunt, quorum Syllabæ à Musicis  
quoq; uoces appellantur.

### Quis est vsus vocum?

Vt per earum uicissitudinariam usurpationem  
omni cantui suam propriam ac certam  
modulationem attribuamus.

Fuga illarum vocum Musicalium in Vni-  
sono, primus Cantus incipit, Secundus post  
Tempus, Tertius post duo tempora, Quartus  
post tria.





Secundum Exemplum Iosquini in Missa,  
 Hercules Dux Ferrariæ: Vbi Triadem in  
 Monadæ instituit ad hanc, sex uocum deducti  
 onem, ut, re, mi, fa, sol, la, Vbi Tenor in  
 cipit, Cantus post duo tempora sequitur in  
 Diapentesuperius, Bassus post quatuor tem  
 pora per Diatesleron inferius.




Tenor




## Tenor incipit.



Agnus.




## Cantus resolutus.





Agnus








Bassus Resolutus.





## Reliquum Tenoris.




## Reliquum Cantus.







Reliquum Bassi.





## Reliquum Tenoris.



## Reliquum Cantus.



## Reliquum Bassi.



Tertium, Trium Vocū ex Rhauo.


Can.



Cantus.



Tenor.




Si deus ꝑ nobis, q̄s contra nos Sit no-



mē domī benedictū.

Bassus.




Can.




Quartum duarū ex Lōmē arme Ios.  
quini.

Cantus.



Tenor.



Quintum, duarum Vocum,  
Gregorij Marij.



Cantus



# Cantus

Three staves of musical notation for the Cantus part. The notation uses square neumes on a four-line staff. The first staff begins with a clef and a key signature of one flat. The music consists of a series of notes, some with stems pointing up and some with stems pointing down, indicating pitch and rhythm. The second and third staves continue the melodic line.

# Tenor.

Three staves of musical notation for the Tenor part. The notation uses square neumes on a four-line staff. The first staff begins with a clef and a key signature of one flat. The music consists of a series of notes, some with stems pointing up and some with stems pointing down, indicating pitch and rhythm. The second and third staves continue the melodic line.

C ij Residuum







Residuum Cantus.

The image displays six staves of handwritten musical notation. Each staff begins with a C-clef (soprano, alto, and tenor clefs) and a common time signature (C). The notation consists of diamond-shaped notes with stems, characteristic of early printed music. The notes are arranged in a series of six staves, each containing a single melodic line. The notation is dense and fills most of the page.

Resi<sup>o</sup>



# Residuum Tenoris.



Residuum

C 3



## Residuum Cantus.



## Residuum Tenoris.



Ultimum de Sex Vocum deductionibus  
 Exemplum simplicissimum, absq; aliarum  
 vocum garritu, in gratiam incipientium, qui  
 non nisi simplicissimis exemplis duci volunt.




Handwritten musical notation on seven staves. The notation consists of diamond-shaped notes with stems, organized into measures by vertical bar lines. The first staff begins with a treble clef and a common time signature 'C'. The notes are arranged in a sequence that moves across the staves, with some notes having stems pointing upwards and others downwards. The notation is dense and fills most of each staff.

C 4









## CAPVT QVARTVM DE Mutatione.

### Quid est Mutatio ?

Est vocis in vocem in eadem Clauē consona uariatio : Sed voces hic intelligimus syllabas in Scala comprehensas, Quia vox in vocem, quo ad intensionem aut remissionem non mutatur, sed syllabæ in syllabas.

### Quare inuenta est Mutatio ?

Quia Sex syllabarum progressio non sufficiebat ad ascensum ac descensum Cationum, ideo septem deductiones in Scala dispositæ sunt, ut mutuis ipsæ se officijs leuent, atq; aliæ alijs succenturient, Ita tamen vt vocibus obuiam veniant voces eiusdem vtraque naturæ.

### Quot sunt Regulæ Mutationis ?

Quatuor præcipuæ : Prima. In principio cuiusq; cantus natura inuestigāda, 6 mollis an duralis sit, & primum fa iuxta Cla-

C 5 uem



uem signatā querendū ( sunt enī tantum tres  
 Claves, vt supra dictum est in qbus canitur  
 fa scilicet in b, c & f ) quod si inueneris, des-  
 cendendo & ascendendo numerabis donec  
 inuenias supius fa per quartum distans, infe-  
 rius per quintam aut contra, inferius per  
 quartam hoc modo.

Si fa & fa per quartā  
 distant, post la ascen-  
 dendo canitur fa de-  
 scendendo post fa la.

}	fa
}	la
}	sol
}	fa

Quart.

Si fa & fa p quintam  
 distant, post la ascen-  
 dendo post fa mi  
 & deinceps la.

}	fa
}	mi
}	la
}	sol
}	fa

Quint.

Experl.



# Experientia Clavium & Mutatio

num quæ fiunt per fa & fa,


*b*mollior

*P* duraliter



## Secunda Regula.

Omnis Mutatio ascendendo fit proprie  
mutata voce la in re, descendendo re in la,  
Improprie per viciniore, ascendendo  
mutata voce sol in ut, vel la  
in mi descendendo vero,  
vt in sol, vel vt in fa,  
aut mi in la.




Scala



# Scala Mutationis propriae & impro-

priae, penes ascensum ac descensum.

Duralis      b mollis      Fict.



		ce	la	mi	b fa
D	dd	sol	la re	mi	
	cc	fa	sol ut	la re	
G	bb	mi	b fa	sol ut	
	aa	la re	la mi	b fa	
F	gg	sol ut	sol re	la mi	
	ff	fa	fa ut	sol re	
E	e	la mi	mi	b fa ut	
	d	sol re	la re	mi	
D	c	fa ut	sol ut	la re	
	b	mi	b fa	sol ut	
C	a	la re	la mi	b fa	
	G	sol ut	sol re	la mi	
B	F	fa	fa ut	sol re	
	E	la mi	mi	b fa ut	
A	D	sol re	la re	mi	
	C	fa ut	sol ut	la re	
G	B	mi	b fa	sol ut	
	A	re	mi	b fa	
F	I	ut	re	mi	
			ut	re	






Descendendo.

Ascendendo.



Sic etiam in Cantus saltu descendendo inferior in superiorem mutatur, ascendendo superior in inferiorem, sine intensione aut remissione Vocis: hoc modo.

¶ duraliter.





la/mi

fa

re/sol

ut/sol

ut/fa

re/sol

mi/la



mi la

ut fa

bmolliter.

re

sol ut

la mi



re la

sol mi ut sol







Simplex deductio præcedentium  
Mutationum.



D





Aliud duarum vocum.

Cantus.





Residuum



## Residuum Cantus.



## Tenor.



D 2 Residuum



## Residuum Cantus.



## Residuum Tenoris.



Residuum



Residuum Cantus.



Residuum Tenoris.



D 3

Tertia



## Tertia regula.

In Vocum mutatione obseruandæ sunt  
 Claves trium syllabarum, quales sunt, a, la  
 mi re, c solfa ut, d la sol re, g sol re ut. cum  
 suis octauis de quibus idem est iudicium, ha-  
 rum quælibet aut duas habet ex inferioribus,  
 & vnâ ex superioribus, vel contra: duas  
 ex superioribus & vnâ ex inferioribus, qua-  
 rum semper vna excludenda, pro vt Cantus  
 Natura patitur, sicut sequens descriptio  
 declarat.

In Cantu b  
 molli descē  
 dēdo cani-  
 tur in.

}	G, sol	}	Ascenden- do in.	}	G, re	}	omiss	}	vt
	D, la				D, re				sol
	C, sol				C, ut				fa
	A, la				A, mi				re


In Cantu  
 durali  
 descēdēdo  
 cantur in.

}	G, sol	}	Descenden- do in.	}	G, vt	}	omiss	}	re
	D, sol				D, re				la
	C, fa				C, vt				sol
	A, la				A, re				mi

Exemplum Mutationis b molle  
 Trium Vocum.



Cantus.



Tenor.



Bassus.





Cantus.



Tenor.



Bassus.





Cantus.

The first system of the Cantus part consists of two staves. The upper staff is in treble clef with a key signature of one flat (B-flat). It contains a melodic line with several quarter and eighth notes, ending with a fermata. The lower staff is in bass clef and contains a few notes, likely representing a basso continuo line.

The second system of the Cantus part continues the melodic line from the first system. It features similar rhythmic patterns and note values, concluding with a fermata on the upper staff.

Tenor.

The first system of the Tenor part is written on a tenor clef staff with a key signature of one flat. It contains a melodic line with various note values, including quarter and eighth notes, and ends with a fermata.

The second system of the Tenor part continues the melodic line from the first system, maintaining the same rhythmic and melodic structure.

Bassus.

The first system of the Bassus part is written on a bass clef staff with a key signature of one flat. It contains a melodic line with quarter and eighth notes, ending with a fermata.

The second system of the Bassus part continues the melodic line from the first system, concluding with a fermata.



## Residuum Cantus.



## Residuum Tenoris.



## Residuum Bassi.





## Residuum Cantus.



## Residuum Tenoris.



## Residuum Bassi.






Exemplum Mutationis  $\sharp$ durale  
Antonij Brumel.

Cantus.

The image displays a handwritten musical score on aged paper, consisting of six staves of mensural notation. Each staff begins with a clef and a sharp sign (F#) indicating the key signature. The notation uses square neumes with stems, typical of the early modern period. The music is organized into measures by vertical bar lines. The first staff contains a sequence of notes, including a half note, a quarter note, and a dotted quarter note. The second staff features a series of eighth notes and quarter notes. The third staff shows a mix of quarter and eighth notes. The fourth staff continues with quarter and eighth notes, including some beamed eighth notes. The fifth staff consists of quarter notes and eighth notes. The sixth and final staff concludes the piece with quarter notes and eighth notes. The paper shows signs of age, with some staining and a small hole at the top center.





## Tenor.




Cantus



## Residuum Cantus.



## Residuum Tenoris.





## Quarta Regula.

Si 'vocem la, notula quæpiam exceſſe-  
rit vno tantum interuallo, ea canatur per  
fa, ſine Mutatione.

### Fuga Duarum Vocum in Unifono post tempus.



### Aliud Exemplum Trium Vocum.



Cantus



## Cantus.



## Tenor.




## Bassus habet fa huius Regulæ.








## Residuum Cantus.



## Residuum Tenoris.



## Residuum Bassi.



E Caput



50  
CAPVT QVINTVM  
De Solmifatione.

Quid est Solmifatio ?

Est notularum per certas .voces apte  
pronuntiatio.

Quot sunt Cantionum genera ?

Duo b molle & ♯ durum.

Quis est Cantus b mollis ?

Qui ab initio b adscriptum habet, &  
secundum bfa cæterarum omnium Clauium  
voces, infra supraq; suo ordine digerit: Idq;  
si bfa suum locum proxime sub c solfaut  
tuetur: Nam si b præscriptum, alienum locū  
occupat, cantum fictum faciet: Si vero in  
medio cātionis passim insertum reperitur  
in solam eam notam agit, quæ in eodem  
spacio, aut eadem linea proximé succedit.

Exem-



Exemplū b molle duarū vocū, 51

Cantus.



Tenor.



E 2 Residu-



## Residuum. Cantus.



## Residuum Tenoris.



Quis



## Quis est Cantus ꝑ duralis.

Qui ab initio aut nullum b fa, aut tale ꝑ ꝑ mi præscriptum habet: vt in eo secundū mi in ꝑ mi, itidem cæterarum omnium clauuium syllabæ sursum, ac deorsum, pro illius ordine coaptentur.

### Exemplum ꝑ durale duarum Vocumꝑ

Cantus.



Tenor.



E 3

Residu-











## Quare dicitur Cantus Fictus ?

Quia fingit in quacunq; Clave, quacūq; vult peregrinam vocem, contra Clavis naturam & proprietatem: Huius signa sunt ♯ quæ cantum durum, & ♭ quod mollem significat. Vbicunq; igitur in cantu signa hæc extra bassum notata conspexeris, cogitabis cantum fictum ijs declarari.

### Primum Exemplum Scalæ fictæ vnius Vocis.



Secundum






# Secundum Exemplum Cantus Ficti

Renhemij .

## Fugra trium vocum in Epidiatessarō


cum Resolutione



E 5 Residu-



## Residuum Fugra trium vocum.




## Resolutio primæ vocis.





Reso.



## Resolutio Secundæ vocis.



## Resolutio tertiæ vocis.



Residu-




## Residuū resolutionis primæ vocis.



## Residuū resolutionis secundæ vocis.




## Residuum resolutionis tertix vocis.





Residuum resolutio primæ vocis.



Residuum resolutio secundæ vocis.





Residuum resolutio tertix vocis





## Residuū resolutionis primæ vocis.



## Residuū resolutionis secundæ vocis.



## Residuū resolutionis tertix vocis.





## Residuū resolutionis primæ vocis.



## Residuū resolutionis secundæ vocis.




## Residuū resolutionis tertix vocis.






Tertium exemplum eiusdem autho-  
 ris, nulla initio clavi adposita, sed circulo dū-  
 taxat cum virgula interrogatoria,  
 Cuius tenor vel ex vt vel ex  
 re aut mi exordium ha-  
 bere potest in Dia-  
 paló Quatu-  
 or vocū.

## Cantus.




## Altus.





Tenor.



Bassus.




F Prima



Prima Resolutio ex vt.  
Cantus.



Altus.



Tenor.



Bassus.





# Secunda Resolutio ex re.


## Cantus.




## Altus.



## Tenor.



## Bassus.




F 2

Tertia





## Tertia Resolutio ex mi.

Cantus.



Altus.



Tenor.



Bassus.





# CAPVT SEXTVM DE

Transpositione.

## Quid est Transpositio?

Est positæ clavis à loco inferiore ad superiore, vel à superiore ad inferiore, tractio.

## Quare inuenta est Transpositio?

Propter nimium cantus ascensum vel descensum, linearumq; defectum, quarum quinq; tantum à Musicis notantur quas cantus aliquando excedit.

## Dic Regulam de clauium Transpositione.

Quantum Clavis ascendit vel descendit à suo loco, tantum & nota, licet nota cantu tantum ascendat, quatum clavis situ descendat, & contra. Quia clavis & nota contrario modo se habent.



F 3 Exemplū



Exemplum Cantus. Transpositi  
duarum Vocum.



Primus Cantus.

The first cantus is written on four staves. The first two staves are joined by a brace on the left. The first staff begins with a treble clef and a common time signature. The second staff begins with a bass clef and a common time signature. The third and fourth staves are joined by a brace on the left and begin with a treble clef. The notation consists of various note values, including minims, crotchets, and quavers, with stems pointing up and down. The music concludes with a double bar line and a fermata-like flourish.

Secundus Cantus.

The second cantus is written on a single staff with a treble clef and a common time signature. The notation consists of various note values, including minims, crotchets, and quavers, with stems pointing up and down. The music concludes with a double bar line and a fermata-like flourish.





F 4 Caput



## CAPVT SEPTIMVM de Interuallis .

### Quid est Interuallum?

Interuallum est hoc ipsum, quod vox à certo tono altius intenditur, aut profundius remittitur: Vel vt Boetius definit, Est acuti, grauisq; soni distantia, excepto Unifono de quo infra.

### Quot sunt Vocum Interualla?

Plurima qdem sunt, sed tredecim vulgo numeratur à nostræ ætatis Musicis scilicet: Unitonus, Semitonium, Tonus, Semiditonus, Ditonus, Diatesaron, Diapente, Semitonium cum Diapente, Tonus cum Diapente, Semiditonus cum Diapente, Ditonus cū Diapente, Semidiapason, Diapason.

### Quid est Unifonius?

Est eiusdem vocis idem ac perpetuus tenor, absq; omni intensione aut remissione æditus, Qualem habent Notulæ omnes quæ super eandem lineam, aut in idem spacium ponuntur





### Quid est Semitonium?

Est hoc ipsum, quod vox à mi ad fa intenditur aut à fa ad mi remittitur, alias secunda imperfecta dicitur.



### Quid est Tonus.

Est deductio vocis à linea in proximū spacium, aut à spacio in contiguam lineam, exceptis duntaxat mi & fa simul connexis, alias secunda perfecta.

F 5 Semi-





### Semiditonus Quid est ?

Est interuallum vocum à quaq; linea ad alteram, aut à quoq; spacio ad alterum, Semitonium pariter continens: Vulgo Tertia minor dicitur quia ex tono & hemitonio minore constituitur



### Quid est Ditonus

Est interuallum à quaq; linea ad alteram aut à quouis spacio in alterum. Ita tamen, ut nullum semitonium contineat, alias tertia maior dicitur ex duobus conflata tonis.











### Quid est Tonus cum Diapente?

Est itidem transitio á qualibet linea in tertium spacium: Aut è quouis spacio ad tertiam lineam, sed quæ vnum tantum Semitonium & quatuor tonos complectitur alias sexta perfecta.



### Quid est Semiditonus cum Diapente?

Est vocis transitus á quolibet spacio in aliud quartum: aut á quavis linea in aliã quartam, intra se duo Semitonia & quatuor tonos complectens, alias septima minor dicta.





## Quid est Ditonus cum Diapente?

Est itidem vocis transitus á quolibet spacio in quartum, vel á qualibet linea in quartam, quinq; tonos ac hemitonium intra se cõtinens, alias septima maior dicitur?



## Quid est Semidiapason?

Est saltus á qualibet linea in quartum spacium: Aut á quolibet spacio in quartam lineã, Quatuor tonos & tria semitonia intra se continens alias Octava imperfecta dicitur.



## Quid est Diapason?

Est omnium consonãtiarum regina, quia  
omnia



omnia interualla in se complectitur & propterea Diapafon dicitur ex duobus hemitonijs ac quinque tonis constituta, alias Octaua perfecta & integra dicitur.



### Canon.

Si quæ ampliora siue distantiore cōtigerint interualla, Vtpote, Nona, Decima, Vndecima, Duodecima &c. Adde Tonum, Ditonum, Diatesaron, Diapente ad Diapafon.



Semitoniū cū Diapafon      Tonus cum Diapafon      Ditonus cum Diapafon.



Diatesaron cū Diapafon.      Diapente cū Diapafon.



Sequitur Exercitium Chorale inter-  
uallorum in cantu Vſitatorum.



Ter terni ſunt modi quibus omnis cantilena contex-



itur ſcilicet Unifonus Semitoniū Tonus Se-




miditonus Ditonus Diateſſaron Diapente Se-



mitoniū cū Diapēte Tonus cū Diapēte ad hoc



ſonat Diapaſon ſi quem delectat canere



hæc interualla cognoſcat, Euouæ.



Aliud Exemplū in Fugurato Cantu,  
omnia Interualla quæ Octaua continentur  
cōplectens , Autore Antonio Bru-  
mel: Fuga duarum Vocum  
in vnitono post tēpus.

The image displays a handwritten musical score for a two-voice fugue. It consists of seven staves of music, each with a five-line staff and a clef. The notation is in a historical style, using diamond-shaped note heads and vertical stems. The first staff begins with a treble clef and a common time signature. The music is written in a single system, with the two voices alternating between the staves. The notes are connected by stems, and there are various rests and accidentals throughout the piece. The paper is aged and shows some wear, with a small circular mark at the top right and a larger one at the bottom right.





**CAPVT OCTAVVM DE**  
Tonis.

**Quid est Tonus.**

Est certa quædam qualitas melodiæ, seu potius affectus cantionis.

**Quot sunt species Tonorum?**

Octo. Quæ ex certis interuallis, quorum quisq; aliquod peculiare & ceu proprium habet, discernuntur vt ex subscriptis Versibus facilime comprehendere licet.

Prim: re, la, dat, Se: re, fa, Ter: mi, fa  
mi, laq; Quartus.

Quint:  $\begin{matrix} \text{fa, fa,} \\ \text{b vt, sol} \end{matrix}$  } Sex: fa, la, Sep: vt, sol

Oct: sonat, vt, fa. G





### Quomodo diuiduntur?

In Pares & Impares: Pares sunt, Secundus, Quartus, Sextus & Octauus, qui & plagales dicuntur, propter maiorem descendendi auctoritatem, descendunt enim ad quartam vel quintam infra finalem, supra ad quintam vel sextam pertingentes. Impares vero sunt, primus, Tertius, Quintus & Septimus, qui & Autenti dicuntur, propter maiorem ascendendi auctoritatem, ascendunt enim ad Octavam supra finalem, nonnunquam ad decimam, infra vix ad secundam pertingentes: pro cuius rei memoria Musici Versiculum hunc subnectunt.

Vult descendere par, sed scandere vult Tonus impar.

Quot sunt Claves finales Tonorum?

Quatuor



Quatuor, scilicet D, sol re, E, la, mi  
F, fa vt, G, sol, re vt: his singulis bini acco,  
modandi sunt Toni,

Primus enī & Secūdus	} fini- unt in	D E F G	P	} re. mi. fa vel vt. (vt.
Tertius & Quartus				
Quintus & Sextus				
Septimus & Octauus				

Vt patet ex sequenti Versiculo.

Prim : Se : D, re, Ter : Qua : E, mi, Quint :  
Sex : F, fa. Sep : & Oct : G, vt.

### Quot modis cognoscitur Tonus ?

Tribus, sicut docet sequens Versiculus.

Regula principij, Medij, finis, Tonus esto.

Hoc est: In principio cognoscitur Tonus ex  
certo suo interuallo.

In medio ex ascensu vel descensu supra vel in-  
fra finalē, vt dictū est in diuisione Tonorū.

Postremo in Clauē finali, vt patet ex præcedē-  
tibus de Clauibus finalibus Tonorum.

### Quis est Cantus primi Toni ?

Qui in D sol re, per re finiens, tractum  
sue melodix per re la, Diapente potissimum  
effingit.





Ambitus primi Toni.



Adam primus homo.

### Intonationes Psalmorum.



Dixit dñus domino meo Sede â



dextris meis. Credidi propter quod locut' su



Magnificat, anima mea dominum.



Benedictus domin' De' Israel.

Responso-




## Responsoriorum versus.



Gloria patri et filio



&amp; Spiritui sancto.



to.

## Introituum versus.



Eructavit cor meum verbum bonum di-



co ego opera mea regi.

Observandum Duplices esse Psalmos  
 Maiores, vt Benedictus, Canticum Zachariae,  
 & Magnificat D. Virginis. Minores uero  
 G 3 reliquae



reliquæ omnes, in quibus dictiones monosyl-  
labæ: vt, me, te, fac, sum, vel Hebraicæ &  
Indeclinabiles vt Hierusalem, Israel, Dathã  
semper etiam contra Toni naturam eleuari  
debent.

Quis est Cantus secundi Toni?

Qui cum D, re finali, fa Semiditonum  
frequentius repetit,



Ambitus secundi Toni.



Nohe Secūdus,



Dixit dōīnus domino meo. sede â



dextris meis. Credidi ppter q̄ locutus sū.  
Magnificat





Magnificat anima mea dominum.


### Responsoriorum Versus.



Gloria patri & fili o



& spiri tui sanc-



to.

### Introituum versus.



Sentiant omnes tuum levamen quicū



q; celebrant tuam commemorationem.



## Quis est Cantus Tertij Toni?

Qui in Elami, p mi desinit, sed ita, vt ex eodem mi, cum fa, per Diapente & Hemitonium, maiorem melodiæ partem desumat.



Ambitus Tertij Toni.



Tertius Abrahã

## Intonationes Psalmorum.



Dixit dñus dño meo sede á dextris



meis Credidi ppter qd locutus sũ




Magnificat anima mea Dñinum





Benedictus dñs Deus Israel,

### Responsoriorum Versus.



Glo ri a patri & fili



o & Spiri tu i



sancto,

### Introituum Versus.



Benedic anima mea Domino &



omnia q; intra me sūt no mini






sancto eius.

## Quis est Cantus Quarti Toni?

Quicumq; suam melodiam per mi finale, sepius cum la Diatessaron repetitum effingit.



Ambitus quarti Toni.



Quatuor Euāgelia.

## Inntonationes Psalmorum.



Dixit dōinus dōino meo sede à dex-




tris meis Credidi ppter q̄ locut' sū





Magnificat anima mea dōinū Benedic-



tus Dominus Deus Israel.

Responsoriorum versus.



Gloria patri & fi-



li o & spiri tui



sancto.



Attendite popule meus legem me-

am





ā inclinate aurē vestrá in verba


oris mei.

### Quis est Cantus Quinti Toni?

Qui cum fa finali, alterum fa superius p Diapente crebrius repetit: Aut, quod alijs magis placet, qui cum vt finali, sol Diapente & mi Ditonum sæpius reiterat.




Ambitus Quinti Toni



Quinque libri legis.

### Intonationes Psalmorum.



Dixit dominus domino meo sede





á dextris meis. Credidi ppter qd



locutus sú.



Magnificat anima mea dōinú Benedi&



Dōin<sup>9</sup> Deus Israel.

### Responsoriorum Versus.



Gloria patri & fili-



o & spiri tui

fac-






## Introituum Versus.



Beati immaculati in via qui ambulāt




in lege Domini.

## Quis est Cantus Sexti Toni?

Qui suum fa finale, cum superiore la per Ditonum crebrius commiscet.



Ambitus Sexti Toni.



Sex hydriæ sunt positæ.



## Intonationes Psalmorum.



Dixit dōin<sup>o</sup> domino meo sede á




dextris meis Credidi ppter q̄ locutus sū



Magnificat a nima mea dominū

## Responsoriorum Versus.



Glo ria patri & fi-



li o & spiri tui san-



cto.



## Introituum Versus.



Noli æmulari in malignatib<sup>us</sup>




neq; zelaueris faciētes iniquitatem.

Quis est Cantus Septimi Toni?

Qui à crebrius repetito sol, tandem Diapente in vt finale delabitur.



Ambitus Septimi Toni.



Sanctus dies Septimus.

## Intonationes Psalmorum.



Dixit Dñs domino meo sede á dex-





tris meis, Credidi ppter q locutus sū.




Magnificat anima mea Dominum.



Benedictus dōinus Deus Israel.

### Responsorium Versus:



Glo ri a patri &



fili o & Spiri tui



san cto.

H Cantate






Cantate domino canticū nouum




quia mirabilia fecit.

### Quis est Cantus Octauae Toni?

Qui per fa & ut finale, frequentius inuicem Diatessaron repetita, suam melodiam constituit.



Ambitus Octauae Toni.



Octauo Circumcisio.



Dixit dominus domino meo sede à  
dextris





dextris meis Credidi ppter qd locutus sū.



Magnificat anima mea dominum.



Benedictus dominus deus Israel.

### Responsorium Versus:



Gloria patri & fili-



o & Spiritu i-



san

cto.

H 2

Introi-




## Introituum Versus.



Confirma hoc De' q̄ operatus es



in nobis â templo sãcto tuo q̄ est




in Hierusalem.

Adijciunt etiam peregrinum Tonum, super Psalmum 113. qui canitur Paschatis die ad Babtisterium, quem etiam adponere placuit, propter harum rerum studiosos.



In exitu : Israel de Egipto dom'.



Jacob de populo barbaro.

Tonorum



Tonorum Differentias anneximus tanq̄;  
rem superuacaneam & minus necessariam,  
neq; á Doctis, sed potius à Monachis immo-  
dicam subtilitatem quærentibus, remq; p̄ se  
lucidam, oppido obscuriorem facientibus,  
excogitatam.

### Octo Tonorum Differentiæ



Primi toni; Euouae, Differentiæ I



2

3



4

5



6

7

8

H 3

Secundi





Secundi Toni Euouae Differentia



Tertij toni Euouae, Di<sup>ntia</sup>

2



3

4

5



6

7



8

Quarti Toni Euouae Di<sup>ntie</sup>



1

2





3



Quinti toni Euouae, Differentia



2



Sexti toni Euouae, Differentia



Septimi toni Euouae, Differentia



2

3

H

4



104

4 5

6

Octavi toni Euouae

Diferentia 2

3 4

Quæ est differentia Tonorum penes  
ascensum?

Toni Impares sci:

{ Prim <sup>o</sup> Terti <sup>o</sup> Quint <sup>o</sup> Octa: }	ascen- dit ex	{ D E F G }	mag no in	{ d e f g }	paru um.
----------------------------------------------------------------------------------	------------------	----------------------------	--------------	----------------------------	-------------

Exem.



# Exemplum.

Primus                      Tertius

Quintus                      Sextus

Toni partes scilicet

{ Secūd' Quart' Sextus Octau' }	ascen-	dit ex	{ A C D }	mag-	no	{ a c d }	par-	uum

Secundus

Quartus





Sextus

Octavus

Exemplum complectens ambitus  
Octo Tonorum, eorumq; cognitionem  
in principio, Medio & fine.



Ego primus &amp; Ego nouissimus Secū-



dus hōo de cœlo cœlestis Tertia



die resurrexit Christus Sicut hoc testan-



tur quatuor Euangelistæ Quinq; panib'





cibavit Christus quinq; millia      Sex hydrias




aquæ conuertit Vinum in Cana Galileæ.



Septimo die reuertit      dñus ab o-



pere suo Octauo circumcidebatur Christ⁹



secundum, legem.



Regulæ



108  
REGVLÆ DE TRANS.  
positione Tonorum.

Prima Regula.

Cantilenæ primi & Secundi Tonorum,  
non semper in D sol, re, exeunt, sed nonnunq̄;  
in a, la mi, re, & d, la, sol, re ꝑ duraliter, mi  
in ꝑ mi habentes: Frequentissime tamen in  
Cantu mensurali in g sol, reut, sed b molliter.

Exemplum primi Toni.



Qui me misit mecum est & non  
reliq̄t me solū quia quæ placita sunt  
ei fa cio semper. Euouac  
Qui



Transpositum finalem notam in a  
habens.



Qui me misit mecum est & non re-




liquit me solum quia quæ placita sunt



ei fa cio semp Euouae

Transpositum finalem notam  
in d habens.



Qui me misit mecum est & non reliquit



me solum quia quæ placita sunt ei



fa ci o semper. Euouae

Exemplum Secundi Toni,

A seculo nō est auditum quia quis  
 aperuit oculos cæci na-  
 ti nisi Christus fili us Dei

Euouae

Transpositum finalem notam  
 in a habens,

A sectu






A seculo nō est auditum quia



quis aperuit oculos ceci na-



ti nisi Christ' fili us Dei



Euouae

Transpositum finalem notam  
in d habens.



A seculo nō est auditum q̄a quis




a paru it o culos ceci





na tini si Christ<sup>o</sup> fi li us Dei



Euouae

### Secunda Regula.

Tertius & Quartus Tonus in a la, mi, re,  
suas finiunt Cantiones, sed b molliter.


### Exemplum tertij Toni.



Dum fortis armatus custodit atrium



suum in pace sunt omnia



quæ possidet

Euouae



Transpositus in a notam finalem  
habens.



Dum fortis armatus custodit atriū  
suum in pace sunt omnia  
quæ possidet. Euouac

Exemplum Quarti Toni.




Desiderio desideravi pascha  
manducare vobiscum antequam  
I patiar





patiar. Euouae.

Transpositus finalem notam  
in a habens.



Deside ri o deside raui pa-



scha manducare vobiscum aniequam



patiar. Euouae.

Tertia Regula.

Cantus transpositus mi in  $\text{H}$  mi habens  
exiens in c est Quinti vel Sexti Toni.

Exemplum Quinti Toni.

Bene






Bene omnia fecit surdos fecit




audire & mutos loqui.



Euouac.


Transpositus in c exiens.



Bene omnia fecit surdos fecit



au dire & mutos loqui.



Euouac.


I 2 Exemp-




## Exemplum Sexti Toni.




At tēdite à falsis pphetis qui



veniūt ad vos in vestitu




